

## **Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia**

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis  
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium  
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quoquis anni tempore habendarum  
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed  
Theologis ...

Indicibvs Illvstratvs Et Avctvs Concionatoriis

**Drexel, Jeremias**

**Antverpiæ, 1643**

Cap. VI. Jejunium nobile, ac Spartanum omnis cibi condimentum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77031](#)

*machus nimis factus pavonum, gallinarum, capo-  
num, anatum, aliorumque avium cupedias nondum  
digestas ad balneam, ad sphæristerium, aut etiam ad  
lectum defert. Hinc variae cruditates, hinc frequentes  
morbi, hinc propteræ mortes. Horum omnium ma-  
lorum una epularum ingurgitatio est causa.*

Ergo, si abigendus sit canis, ostendendum ei lapis;  
si deponitur olla, subtrahendum ignis; si recalcitrat  
equus, minuendus ei pastus; si male obtemperet caro,  
edomanda est jejunius.

Quid amplius egemus testibus? Qui abstinentia, adicies vitam: Est sanitatis mater. Abstinentia. Quid ergo forsitanus famem exiguum, qui cenam adiutum sumus æternam? Quid jejuna horreimus, qui deliciis palcamur immortalibus? Satibimus, cum apparuerit gloria Domini.

## CAP V T VI.

## Iejunium nobile ac Spartanium omnis cibi condimentum.

**A**NNAV S Seneca eruditio principis, idea morum nobilissima, non solum alios abstinerere docuit, sed & ipse abstinuit, & longè severius quam docendo sualit. Habuit Seneca inter amicos hominem opulentum & delicatum, Equitem Romanum Lucilium, ad quem plerasque omnes epistolarum misit. Huic viro abstinentiam sepius inculcauit: *Tecum ipse disicias, inquit, quid sit nostrarum, quid supervacuum.* Præceptio prorsus aurea: Necessest ut attendere, non voluptatem. Si legem hanc orbis servaret, nemini deesset quod sufficeret. Sed efficaces monens, in dñe & præcipiens Seneca: Ceterum, inquit, adeo mihi placet tentare animi sui firmatatem, ut ex præcepto magorum virorum tibi quoque præcipiam: Interponas aliquot dies, quibus contentus minimus ac vilissimo cibo, dura atque horrida veste, dicas tibi: Hoc est, quod timetur? Hoc secuti sunt, qui omnibus mensibus paupertatem imitati, ne umquam exparet, quod saepe didicissent. Hoc triduo & quadriduo ser, interdum pluribus diebus, ut non lasus sit, sed experimentum. Tunc mihi crede, Lucili, exultabis dupondio satur. Non est tamen, quare tu multum tibi facere videaris, facies enim quod multa milia servorum, quod multa milia pauperum faciunt, illo nomine te suspicere, quod facies non coactus. Tam facile tibi erit illud pati semper, quam aliquando experiri. Habeamus aqua, habeamus potentia, & tibi ipsi de felicitate controversiam faciamus.

An non Seneca jejuniorum & fami encomiastes, qui suis auditoribus panem atrum sobriam, ne hydram commendans: *Quid magni est, inquit, mihi Lucili, si ostrea & boleros, si perdices & capos, si meleagridas & phasianos, si testudines peltatas, si Castrorum caudas, si ursorum unguis, si cerebrum leonis non desideres?* Tunc mihi rem magnam feceris, si pœnem nigrum ac sordidum non rejeceris: si tibi ipse persuaderis, herbas & olera non pecari solim crescere, sed & homini, si denique parvo contentus esse dicideris. Temperantiam, quam docuit, Annaeus exercuit.

**E**lian. 1. 4.  
*Var. hisp. c.  
13. mibi  
pag. 153.  
† Vel; cui  
panca non  
sufficiunt.*

Elianor refert Epicurum Gargettum dicere solitum: Nihil ei satis est, cui parum non est satis: Si mihi sit offula, si sit hydriola, vel ipsum cælum provocem contraria, vel ipsi Iovi insultem. Hunc abstinentia & inedia amorem philosophis sola persuasit ratio. Nos fundamentis firmioribus nitimus & sanctioribus. Et haec tenus quidem differimus, jejunium valerudinis unicum & princeps esse præsidium. Jejunium pharmaceutorum omnium esse pharmacum. Nos contra obijcimus; sit sanè pharmacum, sed hem quam amarum est & acerbum! Hunc objectioni respondendum: Ajo igitur: *Iejunium ciborum omnium condimentum est.* Atque de hoc porrò loquemur.

## §. I.

**N**ec rationum numero, nec testium hic opus est; experientia mille testes, mille rationes. Exempli gratia: qui sabbato cenam omittit, ei Dominico die cibus incredibiliter sapit: si pridie lautiū cenasset, volupras illa neutiquam tam suavis accideret. Suave cibi condimentum est jejunius.

Illud tamen hic observandum: Qui post severius aut diurnius jejunum in ventre lupum gerit, & ardenter elicit, attendat ne præcipitet, sed lentiū edat, alioquin noxiam incurret: quod jam suprà monimus. Ideo qui mugientem sentit stomachum, sibi ipse dicat: *Heus lenti, ne propara, ne tubercinare, ne præcipita; cibus tibi non rapietur: quæso te, non rapim, non cursum edas, sicut canis ē Nilo bibit.* Tantò tibi magis conduceat cibi, tantòque sapient melius, quam tò comedenter lentiū. Heus lenti, lente.

Ita suayiter comeditur & salubriter. Salubrem efficit cibum, rectè illum mādere ac commolare, suavem reddit, cēna sepius abstinere. Nam quod veteri verbo dicimus: Elūrunt sapit mel. Nec mellita tantum elūrunt palato grata sunt, sed & panis avenaceus cibum inhiuenti jucundior est, quām homini jam saturo artolagana, panis saccharites, scitamenta mellita, nebula dulcioria, tragemata selectissima. Fames & jejuniū cibi condimentum suavissimum.

Deinde philosophia nos docet, omne quod recipitur, per modum recipientis recipi. Explico dictum. Agro proponuntur ferula delicata, optimè coda, saporis eximii, prime commendationis, cupide selecta, vel ipsi superis non fastidiæ; non tamen fāpiunt ægroti, naufragi illas, rejicit, & vellibat oculis recusat. Cur obsecro? Fauces, lingua, gustatus ægi corruptus & succo pessimo infectus est. Hinc nihil sapit. Est, minime delicia, sed modus recipientis deest; hinc oblatos cibos æger fastidit & amoget. Contrà lignarii aut ferrarii faber, valens operarius, officia exoculatam, cibus consecutum, avenam coctam, tucketum crassum, artobannum, ceralinum, avidè nec sine volupitate comedit, scutellas digito everrit, quem lambit, & pæne prædotit; hoc unum deesse cibo videtur, quod pluribus ægrè sufficiat. Volupas igitur non tam in cibo & potu, quām in eo fauimus loco est, quem transfirat cibus & potus. Et hac solā ratione verum censeo effatum: Quod sapit, nutrit. Ceteroqui in mille alii fallissimum est. Innumerā sunt, quæ sapiant, sed non solum non nutriant, sed etiam inquietant & perdant.

Sed videte hī sapientissimam Dei providentiam, qui sinceriorem edendi voluptam posuit in fame, abstinentia, & jejuniū. Hinc effatum Salomonis: *Antīma saturata calcabit favum: & anima esuriens amarum pro dulci suspet.* Homo satur non solum naufragat, sed & calcat delicias. Exemplo id declaremus.

## §. II.

**M** Emini, cūm ante annos complures in patriciā domo rideret Hymenæus nuptiali convivio, & omnia plausibus exsonarent, hic nemo domesticorum non epulis fartus largiter vino maduit. Inter domesticos ancillarum una nescio quid fastidii ostendebat, dentibus & manu feriantibus. Ita ferulæ appositis non parcere, hilarius die geniali comedere; sed illa excusans negavit quidquam appetere. Interrogata quid demum edulii præ ceteris mallet, aut quid secundæ mensæ veller? Hoc, inquit, mihi jucundum fore, mensam cum discis evertere. Ita prorsus anima saturata calcat favum, mel desipit muri melle distento. Haud aliter nos, cūm saturi sumus, loquimur. Est qui dicit: *Vellem hunc cibum nunquam libassum, vellem parcitus bibisse, vellem ingesta omnia viam per os relegent.*

relegerent. Ita favum calcamus, cum cibis oppleti sumus. Iejunium cibi condimentum optimum.

Voluptas igitur in ore, & in meliori dispositione organorum, non in cibo, non in coci manu sita est: non refert quale sit opsonium vel quam arte, quo caco- bo coquatur, sed quibus fauibus, quo palato recipiat- tur. Hinc laboratori panis ater, & olus insulfum plus sapit, quam homini otioso & deliciis farto gallina vel capus altilis lacte & similâ saginatus. Quando enim non laborat, nec famem expectat. Quantò major edendi necessitas, tantò major voluptas. Hoc in ip- sis etiam summitibus est videtur.

Darius Rex Persarum ab Alexandro Macedone prelio vietus & fugatus, maximam è fugâ sitim con- traxerat. Hinc aquam turbidam in galea propinatam tantâ voluptate bibit, ut fassus sit, se omni vitâ sua vius numquam bibisse. Quia scilicet, Cicerone teste, numquam sitiens bibit.

Rex Artaxerxes, ut Plutarchus memorat, cum in præcipiti fugâ comeatum omnem perdidisset, pa- nem hordeaceum, & aridas fucus pauculas appetentiâ tantâ comedit, ut diceret: Dii boni, cu' usmodi volu- ptatis huc usque inexpertus fui? Quia scilicet num- quam esuriens comedit.

Rex Ptolemæus longis itineribus Ægyptum per- grans in pauperem calam divertere coactus est. Hic panis niger & crassus in cena caput appositus. Rex avide comedens: Numquam, ait, suaviorem cibum sumpi. Fames scilicet & jejuniū cibi condimentum est suavissimum.

Dionisius Siciliæ tyrannus cocum ad se accersens gravius stomachari coepit, quod in pridiâ cenâ vix ulli missus sappiuerunt, utique cocorum negligentiâ id accidisse. Cocus non sine sale ingeniosus: Si fas conje- stare, inquit, optime regum, facile addivinaverim, quid defuerit: aromata, ni fallor, desiderata sunt. Quid ait? inquit rex, num culina nostra non satis habet aro- matum? Sanè, ait cocus, non satis aromatum Spartani- torum. Aromata Spartana sunt, Labor & Fames. Nam Spartani non prius accumbunt, quam laborave- rint & esurire coeperint. Hinc illud Græcorum: Fa- mes præter scipiam alia quoque reddit dulcia. Ergo Spartana Hispaniarum, Indiarum, & Sinarum aro- mata omnia longè præcellunt.

### §. III.

**I**N Sueviæ cœnobio notissimo Abbas ad se cocum in simili caussâ evocans: Heus, inquit, magister Ia- ne, querelæ de te graves sparguntur. Neque unus tan- tum è mea famulitio affirmat cibos negligenter pa- ratos mensa inferri, cùm tam in culinâ nec adipisci, nec farinæ, nec aromatis ulla sit penuria. Hic cocus simplici animositate: Admodum Reverende Domi- ne, inquit, licetne loqui? Licet, loquere, ait Antistes. Mox Janus magister: Quid multis hic opus ait, isti queruli nebulae nimium sunt saturi: esuriant, & ali- ter sentient. Nimirus, ubi Spartana desunt aromata; ibi omnis cibo deest gratia. Hinc illi opulent & fa- fidiosi homines, qui plerunque prandium cenâ que adeunt velut jam pransi & cenati, tot gula irrita- mentis egent: adhuc necesse est oliva, capparis, fina- pi, embamma, oxygarum, intinctus, diversi generis acetum; tot insuper condimentis, tot juscilis, tot sci- tamentis, tot sorbitiunculis est opus ad proritandum os, ut denique famis aliquid sentiat, quæ cibum per guttur artificio deceptum trahiat.

Turpisimum est ventris sui mensuram non nosse. Ideo Diogenes: Quam multis, inquit, non indiges! Spar- tano aromate buntur; famem in promptu habe- bat. Socrates ab eadem re dives dicere solebat: Opti- num condimentum Fames. Hinc illi gelida fontana in

Tom. II.

A majoribus deliciis fuit quam aliis vinum Thasium aut Falernum; Socratice potus condimentum fuerat si- tis. Hinc adagium natum Latinis: Fami, crudæ fa- bæ saccharum sapiunt. Piper, cariophyllum, zingi- ber, nux odorata, unguentaria, cinnamum, melio- ris nota sunt aromata: super omnia jejuniū & ab- stinentia.

Philosophos veteres recte hac de re sensisse Am- manius Marcellinus testis accedens: Constantinus Im- perator, inquit, publicè numquam excreavit, num- quam nates emunxit. Hic à Persarum exercitu casus & in fugam actus, ab anu panis fragmen accepit, quod tragemata & bellaria omnia superare visum. In prom- pte causa: numquam sic esurit.

Theodosius Imperator in venatum profectus, cum famulitum Psalatinum huc illuc sparsum animadver- teret, venatoria fatigatio se subducens, ad mona- chi tugurium divertit hospes ignotus. Monachus multa satagens sui penoris promus condus, ut appo- neret quidquid domus pretiosi condenseret, panem acco- to atque oleo maceratum mensa intulit adjuncta hy- driæ. Esuris & æstus Cæsarem fecerit. Viderunt. Com- edit igitur bibiturque largius. Fame sitique sedata Theodosius: Verè, inquit, affirmo tibi? Pater, num- quam me in palatiq meo tantâ cum voluptate sum- plisse cibum. Condimentum cibi suavissimum, fames & jejuniū.

Sed hujus assertioñis testem sisto, cui nemo facilè contradixerit. Hebreus Psaltes de penore cœlesti differens: Cibavit eos, inquit, ex adipe frumenti, & de pe- Psal. 80. tra melle saturavit eos. Num mella stillarunt è rupe? v. 17. Nulquam id affirmat sacra pagina. Nam è perrâ Moïses solam edidit aquam; de scaturigine melleâ, mentio nulla. Aqua fluxit è silice, sed quia fatiga- tis & siti conseratis hæc aqua opportunissime scaturit, ideo hæc merum mel, Falernum merum videba- tur. Aromata Spartana nobilissima. Jejunium cibi condimentum optimum aqua recens in siti potus gratissimus.

### §. IV.

**N**ec tantum cibi, sed & somni condimentum est Jejunium jejunium. Id quidem non negaverim, homines et somni naturæ calidioris, si dormiant incenati, plerunque pe- condimé- tum.

Codus dormire; his tamen jejunium non penitus fugien- dum, sed mitigiatis assumendum: edant aliquid, bi- bant aliquid, sed parte notabilis minus quam alias edi- sent aut bibiissent, & non tantum somno non care- bunt, sed eum multò tranquilliorē habebunt. At vero illi, qui naturæ sunt humidioris, nec viscerum astu la- borant, his jejunium somnos conciliabit quietissimos. Optimè Basilius: Grazatus venter, inquit, non solum ad cursum, sed etiam ad somnum ineptus est. Nec mirum: In hominis adeò saturati ventre quatuor elementa digla- diantur: hinc turbat solum aut insomnia. Alii qui aut modicè cenant, aut, si copiosius, urgente fame ce- nant, ii suaviter dormiunt. Quod Ecclesiastes aperte asserens: Dulcis est, inquit, somnus operanti, sive parum, si- v. 11. ze multum condat: saturitas autem divitis non sinit eum dormire. Quod confirmans Siracides: Quam sufficiens Ecclesi. 6. 31. est, inquit, homini eruditio virum exiguum! & in dormien- v. 22. & do non laborabis ab illo, & non senties dolorem. Somnus san- 24. tatis in homine parco, dormiet usque in mane, & anima illi Græco con- lia cum ipso delectabitur. Vt cithareodus, qui chelyn texta abest, aut testudinem habet digitis suis bellissimè respon- hoc senfu: dentem, ea plurimum delectatur: contra si instru- Quam suf- mentum illud musicum tractatu fit inhabile, si fi- ficiens est des discordent, si collum gracile nimis, si venter homini ab- nimis sit crassus, fidicen animum abicit tractan- ut, et iam exigua. di fides: ita spiritus in homine cum corpus habitat Sobrium, leve, cibis non oppletum, agile, paratum, promptum.

Promptumque, eo multum oblectatur: at verò si  
nanciscatur corpus intemperans, madidum, gra-  
ve, escis infertum, flaccidum, somniculosum, vehe-  
menter affligitur: hic labor omnis molestus; cena non  
suavis, somnus non placidus est, hic turbata omnia.

*Hoc pluri-  
mum quo-  
tidiana pa-  
ne docet ex-  
periens.*

Novi ego homines religiosos, quibus sapientia ce-  
nula est, postquam non lavantur manus, qui ab horā  
noctis nonā usque ad quartam matutinam, quā sur-  
gendum, uno latero uno eodemque tempore, spon-  
te numquam interrupto dormiunt suavissimè, & anima  
cum ipsis delectatur & iucundum est manū querere,  
Num septem horae jam præterierunt?

Itaque abstinentia & jejuniū non tantum cibi, sed  
etiam somni condimentum est optimum. Qui legiti-  
tim cibi potius voluptam querit, aromata  
Spartana semper in promptu habeat; Labor & Fames  
omnia condunt. Efurianus nunc paululum, ut fa-  
tiemur æternū.

### C A P V T VII.

#### Iejunium, temporis, opum, & boni nomi- nis grande auxiliarium.

*Gell. l. 2.  
Noct. Attic.  
36.*

**V**erbū erat vetus, ut Gellius testatur: Sæpe  
etiam est olitor valde opportuna locutus. Epicurus philosphus apud nos sequiō fame non  
optimè audit; senem ab horto nominamus, quod  
in hortis sapientia velut in schola docuerit: quidquid  
sit, Epicuri scripta multum habent eruditioν ac  
sapientia, & ad virtutem non lauidè trahunt. Af-  
fidius est Seneca in hujus Philosophi dictis laudan-  
dis. Ad rem interrogatus Epicurus quo artificio faci-  
lē quis ditesceret? In hunc modum respondit: Non  
si præsentibus adieceris, sed si usum ac necessita-  
tem tibi persuasam circuncideris; non enim augendæ  
sunt facultates, sed minuendæ cupiditates. Idem di-  
cendum in Iejunii & Abstinentiae causa: Non addes  
dum escæ, sed detrahendum appetentia: os circum-  
cidendum est. Parimonia nobile vestigal, imperium  
in gulam, prædives victoria: qui os & appetitiam  
noverit substringere, paucis contentus viveret. Cur  
comedē libido strenue coercenda sit, cauſa aliquot  
exposuimus. Proxima dissertatione monstravit jeju-  
num ciborum omnium, imo & somni, suavissimum  
esse condimentum. Progedimur, ostensurij ejus unum  
non temporis solū, rei omnium pretiosissimæ, sed  
& opum ac famæ magnum esse auxiliarium. Qui ab-  
stinentiam non horret, multum temporis horatur, pec-  
unias & nomen auget. Rectissime ille, quem dixi,  
philosophus ab horto dixit: Volenti ditesceret non  
sunt augendæ opes, sed minuendæ cupiditates. De-  
trahere mensa, & addes temporis, facultatibus, famæ  
ac nomini. De his hoc capite loquemur.

*Vita est  
vigilia.*

**D**issertationis fundamentum statut illud eruditio-  
rum pronuntiatum: Tantò longior est vita, quā-  
tò brevior est somnus. Nam vita est vigilia. In excu-  
biis standum, dum vivitur. Somnus, imago & frater  
mortis. Si cernant oculi duos aliquos simul jacentes,  
mortuum & dormientem, vix quidquam discriminis  
obseruant. Qui dormit, post aliquantum temporis  
evigilabit: interim dum dormivit, non propriè vixit.  
Vita est vigilia. Quod igitur minus dormit, plus vi-  
vitur: brevior somnus, longior vita. Sed ultraeius.  
Mensis referta, cena plena, simپofia larga somnum  
exigunt prolixum. A simili res patet. Quod luculent-  
tior culine focus, quod plura parantur fercula, eò co-  
piosior sumnus; ita quod liberalius estur ac bibitur, eò  
diutius dormitur; plus cibi, plus vaporum, plus somni,

Ita paullatim plurimum vitæ demitar, quod Mortis  
fratri somno conceditur.

Atqui nihil in orbe pretiosius tempore. Aurum &  
gemmæ tempori collatæ, viles quisquilia sunt. Ho-  
mo mihi benvolus ditare me potest, tempus perditū  
restituere non potest, rapere potest. Thesaurus tempo-  
ris thesaurorum omnium summus. Innumerū homines tempori  
cetera non pessimi, sed ob tempus male impensum ad thesau-  
rial summum pessimè stabunt, nō præterim, qui omnium  
tot horas, tot dies, tot hebdomades, tot menses, tot  
etiam annos aut nihil agendo, aut nulè agendo veluti  
per jocum combulerunt. Omnes etiam minimi tem-  
poris particulas sollicitè colligamus, uti aurifices ari-  
scobem, aut feminæ, quæ fila ducunt aurea. Si damnato-  
rum alii orbis terrarum aureus, & oceanus balsamo-  
plenus donaretur, quid, putatis, hac divitiarum  
mole mercari cuperet? Vnicā dumtaxat horulam, quā  
potest impetrare Dei gratiā. Et nos tot horas, tot dies  
stolidissimè combutimus. Tempus inæstimabilis the-  
saurus. Cur ergo recusemus cenæ aliquid aut somno  
demere, ut thesaurū hunc temporis augemus? Ita ple-  
rique priscorum Patrū fecerē, ut vitam redderent longi-  
orem, cenulam & somnū voluerunt esse breviorem.

Basilius Magnus, Theologus & Orator disertissi-  
mus, ut parcū dormiret, semper humili dormiuit, strati-  
que tam rigido somnum largiore exclusit, & quis  
diem incredibili temperantiā traduxit, noctes pluri-  
mas studiis aut precibus pervigilavit. Ita & Antonius  
Magnus totas non raro noctes inter colloquia cum  
Deo non sine voluptate consumpsit. Hoc ideo facilis  
potuit, quia semel tantum de die, nec ante solis obitu-  
corpus pane, sale & aqua refecit. Quod de illo  
testifit Athanasius. Sic ali quamplurimi egerunt.

Quā ratione, obsecro, Augustinus, Hieronymus,  
ali, tot libros posteritati consecrare potuissent, nisi  
scriptio & noctem impendere voluissent? ut autem  
hoc commodiū possint, aut jejunare, aut parcissimè  
cenare non refugunt. Plenus venter non studet li-  
benter; ferme somnum querit. Novem Hieronymi  
Tomas manibus versamus, is quæ perierunt, non  
censis. Nil scribere potuisset Hieronymus, nisi jejunare  
ipſi & vigilare familiarissimum, inquit quotidianum  
fuisse. Hic sacer scriptor id minime dissimilans: Ex  
toto orbe, inquit, huc venitur Bethlehemum. Ez-  
ziechiel cœpi exponere: vix finiam. Nulla enim hora,  
nullum momentum est, ex quo non fratum oc-  
curramus turbis. Omnes cum Hieronymo loqui,  
omnes illum videre cupiebant. Quomodo ergo  
tam multum scripti, qui ab occupationibus aliis  
nil otii habuit? Fatetur ipse noctem his lucubrationi-  
bus assignatam. Enimvero latius cenare, & somno li-  
beralius indulgere, sunt vicinissima; alterum ab altero  
vix aevili potest. Malè autem vigilabit, pessimè lu-  
cubribit, qui latius cenaverit.

Augustinus, quamvis in disputationibus & collo-  
quiis frequens, quamvis in concionibus ad populum  
habendis assiduus (uti olim Episcopi erant) Præfuis-  
tamen officium sic administravit, perinde si nihil scri-  
psisset; nihilominus tam multa scripti, perinde si hoc  
unum fecisset. Hinc decem grandiores Tomos pos-  
teris reliquit: plurima temporum injuria diripuerunt.  
Et quomodo tandem inter tot tantisque occupatio-  
nes tam multa litteris confignare potuit? aut frugalissi-  
mè cenavit, aut cenā penitus abstinuit: hinc lucuba-  
tiones nocturnæ longiores, hinc eruditæ vigilæ, hinc  
divina ad lampadem scriptiones: Quod dies negavit,  
nox dedit.

Gregorius Magnus. Antistes summus licet conti-  
nuis pene morbis conflectatur, plurima tamen scri-  
psit, quia & abstinentissimus fuit, & vigilansissimus.  
Consuetus illi cibus legumina erat, & quavis pedibus  
infistere